



GELATINÆ.

GELATINA CYDONIORUM.

Rx. Cydoniorum integrorum maturefcentium
libras sex.
 Infrusta concide. Bulliant in aquæ libris quindecim,
 ad dimidiæ partis consumptionem.

Colaturam clarifica ex ovi albumine cum
 Sacchari libris quinque.

Coque leni igne, & repone in loco frigido, ut in Ge-
 latinam concrefcat.

Simili modo parari potest

Gelatina Pomorum, &c.

GELATINA VIPERARUM.

Rx. Viperas vivas pelle recens nudatas exenteratas
quot volueris.

Seca in partes. Mitte in ollam fictilem vitratam, oper-
 culo clausam, ut artis est.

Coquantur igne lento in

Aquæ sufficienti quantitate
 per quinque circiter horas. Calens decoctum coletur cum
 expressione forti. Vaporet Balneo Maris. Repone in loco
 frigido, ut in Gelatinam concrefcat.

GELATINA CORNU CERVI.

Rx. Rasuræ Cornu Cervi libram semi.
 Aquæ purissimæ libras sex, plus minus,
 habitâ ratione tempeftatis.

ATAMONDI

Coque secundum artem ad medias, vase cooperto. Cola
& fortiter exprime. Colaturam clarifica ex ovi albumine
cum Sacchari

& Vini, ana circiter unciis quatuor

Aromatiza flavedine Citrei recentis digitis expressâ. Re-
pone in loco frigido, ut in Gelatinam concresecat.



ECLEGMATA.